



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Taprobana insula & gentis eius moribus. Vicesimumseptimum &
vltimum Caput.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De oim gentiū ritibus.

transuerfis, in quarum cuiuslibet extremo sit auris & oculus, vt quatuor oculis videant, totidemq; audiant auribus. Vnicis ventre atq; intestinis, in que comesta confluunt. Pedes circum habent plures, quibus in vtranc; partem ambulat. Huius belug sanguis mirabili asseritur virtute. Omne enim corpus concisum dum spirat hoc tinctum sanguine cohaeret. Quisq; coetus nūtri magnas diuersae naturae aues, quibus experiuntur quales filij sint futuri, Impositis enim supra aues infantibus si volantes per aera inmoti non expauescant, educant. Si vero timore ignauiaq; deficiunt, proijciuntur, vt neq; diutius victuri & animi exercitio inutiles. Cuiuslibet coetus senior alijs tanq; rex cui parent omnes, imperat Annis centum quinquaginta actis seipsum vita ex lege priuat. post eum senior accipit principatum. Mare quo insula circumdatur fluctuosum, & quod motus ingentes facit. dulcis est aquae gustus. Arctus & pleraeq; stellae quae nobis apparet: minime ab illis conspicuntur. Sunt & aliae septem insulae pari magnitudine paribusq; ferè interuallis distantes, quae eiusdem gentis legisq; existunt. Omnes eas incolentes, quamuis terra sua sponte abunde victum ferat, his tamen modeste vtuntur. Simplices enim cibos appetunt nutrimentum quod satis est quarentes. Carnibus tum assis tum elixis vescuntur. Coquorum artem varijsq; saporibus condita vt inutilia reijciunt. Deos & eum, qui omnia continet, solemq; & reliqua caelestia colunt. Pisces auesq; varij generis capiunt. Nascuntur ibi sua sponte arbores fructiferae, Oleae & vites, ex quibus olei & vini copiam educunt. Serpentes in penes magnos sed innocuos insula producit, quorum carnes mirae dulcedinis edunt. Vestes parant ex lanugine molli ac splendida ex medio arundinū sumpta, qua maritimis tincta ostreis vestimenta purpurea conficiuntur. Varia existunt animantia, vt quia propter opinionem haud facile credita. Certum viuendi ordinem seruant, vnico cibo dietam contenti. Nam certo die pisces, alio aues, quandoq; terrestria animalia edunt, oleo aliquando simpliciq; mensa vtuntur. Diuersis sunt exercitijs dediti, quidam inuicem ministrant, alij piscantur, alij exercent artes, nonnulli circa alias res vsui commodas occupantur. quidam exceptis senibus partitis inuicem operis seruitio vacant. In sacris ac diebus festis hymnos in deorum, & maxime Solis, laudes canunt, cui se & insulas dicant. Mortuos in littore sepeliunt, cadaver cum mare fluit arena obruentes, vt aquae fluxu inundationeq; exaggeretur locus. Calamos ex quibus fructum decerpunt augeri aiunt minuiq; ad lunae modum. Fontium aqua dulcis ac sana caliditatem seruat, nisi frigida aqua aut vinum immisceatur. Iambolus & qui cum eo accesserat cum septem annis in insula mansisset, tandem inuiti eiectioni sunt, tanq; mali, malisq; moribus assueti. Igis preparata rursus scapha, cibisq; impositis abscedere coacti mensibus quatuor ad Regem Indiae peruenerunt, a quo postea saluo conductu per Persidem in Graeciam dimissi sunt.

De Taprobana insula & gentis eius moribus. Vicesimum septimum & vltimum Caput.

Taprobanen Insulan anteq̄ temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putauerunt, & quidem eum quem habitare, Antipodes crederentur verum Alexandri magni virtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius pmanere, sed in hæc vsq̄ secreta pagauit nominis sui gloriã. Missus igitur Onelicritus præfectus classis Macedonię, terrã istam quanta esset, quid gigneret, quo modo haberet exploratam notitię nostrę dedit, paterin longitudine stadiorũ septem milia. In latitudine quinq̄ milia. scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestijs & elephãtis repleta est maioribus multo, q̄ quos India, Partem homines tenent Margaritis scater & gemmis oibus sita est inter ortum & occasum, ab eq̄ mari incipit quod pretum Indiã est Aprasia Indorum gente dierum viginti quinq̄ primo in eam fuit cursus, sed cum Papyraceis & Nili nauibus illo pergeret mox cursu nauium nostrarę septem dierũ iter factum est, Mare vadofum in teriacet altitudinis non amplius senum passuũ. Certis aut canalibus adeo altum, adeoq̄ depressum, vt nullę vnq̄ anchorę ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando syderum obseruatũ, vrpote vbi septentriones nequa q̄ aspiciunt, Vergilię nuncq̄ apparent, Nam ab octaua in sextam decimam tantum supra terrã vident. Lucet ibi Canopos sydus clarum & amplissimũ, Solem orientem a dextra habent, occidentem a sinistra, Sub Claudiadhuc principatu æs signatũ ignorabant, Pecuniam maxime stupuisse traduntur, q̄ signata disparibus foret vultibus, parem tamen haberet modum ponderis Excedunt homines corporũ magnitudine alios omnes Crines fusco imbuunt. Cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis, quibus immatu- ra mors est, In annos centum æuum trahunt. Alijs omnibus annosa ætas, & pene vltra humanam extenta fragilitatem. Nulli aut per diem aut ante diem somnus. Noctis partem quieti destinant, lucis ortum vigilia anteuertunt. Edificia modica ab humo tollunt, Annona semper eodem tenore est, vites nesciunt, Pomis abundant. Colunt Herculem. In regis electione non nobilitas preualet, sed suffragium vniuersorum, populus enim eligit spectatũ moribus & inueteratę clementię, & iam annis grauem. Sed hoc in eo quaeritur cui liberi nulli sint. Nam qui pater fuerit, etiã si vita spectatus est, nõ admittitur ad regendum, at si forte dum regnat pignus sustulit exuitur potestate. Id q̄ eo maxime custoditur ne regnum hæreditarium fiat, deinde etiã si rex maximam preferat æquitatem, nolunt ei totum licere. Quadraginta rectores accipit, ne in causis capitum solus iudicet, & sic quoq̄ si displicuerat iudicatũ ad populum prouocatur. A quo datis iudicijs septuaginta, fertur sententia, cui necessario acquiescitur. Cultu rex dissimili a cæteris vestitur. Sirmate vti est habitus, quo Liberum patrem amiciri videmus. Q̄ si etiã ipse in aliquo peccato argutus sit, ac conuictus, morte mulctatur. Non tamen vt cuiusq̄ atrectetur manu, sed consensu publico rerum omnium interdicia ei facultate etiã colloqui potestas punito denegatur. Culturę student vniuersi, venatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas, cum Tygrides & Elephanti tan-

Alexandri Magni virtus

Insula ab Onelicrito reperia.

Taprobane Ambitus

Mare vadofum.

Canopos sydus.

Taprobane homines

Edificia

Rex suffragio creat

Rex liberis carere debet

Iudiciorũ pulchra institutio

Rex peccatis morte mulctatur

Genis studia

De omnium gentium ritibus.

Testudinum tum requirantur. Maria quoque piscationibus inquirat, marinaeque testudines
Marinarum capere gaudent, quare tanta est magnitudo ut superficies earum domum
Magnitudo faciat, & numerosam familiam non recte receperet. Maior pars Insulae huius
 calore ambusta est, & in vastas deficit solitudines, latus eius mare alluit per
 uiridi colore, fruticosum adeo, ut Iubae arborum plerumque gubernaculis at-
 terantur. Cernunt latus Sericum de montium suorum Iugis, Mirantur aurum
 & ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatus. Secant
 marmora testudinea varietate. Margaritas legunt plurimas maximasque. Et
Conclusio haec sunt gentes, haec nationes, quarum mores ritus & instituta ab historiogra-
Libri phis ipsis passim celebrata sunt, & potissimum quae potuerunt aliqua sui ex-
 cellentia & dignitate ad cognitionem nostram peruenire, per multas adhuc
Excusatio esse fateor, quae a me aut praetergressae sunt, aut partius attentatae, cum de illis
authoris scribere non plura potui quam inueni, ut qui apud eas non fui, nec cognoui, neque
Deus solus qui omnium conscius esset (praeter immortalem deum) dicere satis posse ex-
oia nouit & istimaui. Ipse enim solus est, qui nouit omnia, & solus qui potest, Ipse est, qui
potest prima ipsius orbis fundamenta in orbem coniecit, & immensi maris aditum
 & semitam mortalibus patefecit, quibus vitae huius commoditates omnes,
A deo cuique diuitias, dignitates, honores praestitit, Qui ve sidera discernens unicuique
Sors sua con- quam voluit, sortem tradidit, quibusdam enim ut terram colerent, atque inde
cella. sibi diuitias & opes compararent, alijs autem ut pelago acti, aut piscarentur
 sibi victum, aut mercimonia commutarent. Alijs ut scientiae & philosophiae
 studijs se dederent, atque inde honores aucuparentur & laudes. Multis etiam
 ut caeteris praessent, iuberent & imperarent. Ideo non mirandum, si homi-
Vnde morum nes variam inter se, non solum fortunam, sed etiam naturam mores & viuen-
diuersitas ditus sint consecuti, quum videmus regiones & loca eam quoque varietatem
 adeptam, postquam vna quidem lacteos homines pariat, alia subalidos, alia fu-
 scos, alia prorsus adustos, aut similes multis floribus, quales Assyria generat
 Sic enim statuit deus, ut homines varij quoque ingenij, & multiformis animi
 ac industriae, quemadmodum & caetera, nascerentur, atque ut unusquisque sua
 contentaretur sorte. Pro cuius conclusione adiungere libet quae Cardinalis
 sancti Sixti frater Petrus cuilibet Nationi attribuit ita scribens.

Fructifera est Libye, Vicinus Syrtibus Hamon
 Mendicat pluuias, Aegyptum Nilus opimat,
 Indos ditat ebur, vestitaque Littora gemmis,
 Africa praetendit magnae Carthaginis arces
 Graecia diuinas famae Immortalis Athenas,
 Palantea domus Roma crescente superbit,
 Gadibus Herculeis Hispania, Thure Sabei,
 Arcturo Britones, solito Normandia fastu,
 Francia militibus, celebri Campania Baccho,
 Vasco peris aequae praesulibus belloque fameque.

Gaudens cæde ferus cunctello sæuit Hiberus,
 Anglia blanditur, Ligures amor vrit habendi,
 Teutonicusq; suum retinet de more tropheum,
 Flandria mendicat, sed Scotia sub Ioue stuprat,

Boemus ad Librum

Inunc Calcographum tibi Libelle
 Emunctissime compara benignum
 Et tersum & sapientem & eruditum,
 Qui transscribere te velit polito,
 Ut cum laude queas in ire lucem,
 Cunctis egregijs viris placere,
 Inunc culte liber deus secundam
 Et dulcem tribuat viam superius,
 Ut sis sæpè memor tui Boemi

Æditio Fausta.

Bartholomeus Stella Constantiensis

Non luxum sequeris: non oia perdita clari,
 Sed bona quottidie multa Boeme legis.
 Aurea testantur tua collectanea, genti
 Mores quæ proprios vniciq; docent.

Andreas Paleosphyra Gundelsingius
 Bono Lectori Salutem dicit

A Marone licet Ithacus vlysses scelerum Inuentor, ab Homero Polytropos, ab alijs technatum architectos & versutia omnis conciliabulum appellatur Attamen Sapientissimus, peritissimus, atq; patientissimus heroum omnium & predicatur & habetur, q; peregre profectus externorum hominum mores multorum cognouit & vrbes ab aduersante nimium sibi fortuna per Scillam atq; Carybdim actus Syrtium Cyclopi Syrenum & Circes molestias tulit. Quis ergo non videat Quis non intelligat q; decorum, q; vtile sit ad tanti principis vestigia q; remotissime peregrinari alienas terras inuisere vnde peculiaria gentium aliarum studia, mores, exercicia, linguæ, leges, dogmata sacra & profana omnia, elus vestitus, ædificandi ratio, locorum situs cultusq; & deniq; rerum naturæ omnium ediscantur. Quoniam vero propter impedimenta pleracq; ætate maxime nostra omnibus hoc non concedatur vt non minus illa hæc in patrio sinu quiescendo cognoscerentur elaborauit Boemus hic meus Literarum humanarum scientissimus ex innumeris classicis scriptoribus conscriptum presens opus. In quo tres terræ partes, partium regiones, & loca, locorum homines